



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786**

**VD18 90119347**

§. 14. Refractoriorum Præsulum errores a Laudanensi hoc Episcopo  
damnati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

tas eidem adempta redderetur. Attamen tempus in longius ducebatur, & res in solis, iisque vanis promissis hærebat, non sine maximo rei spiritualis detrimento; postquam enim Episcopus ad suam Diœcesin reversus erat, summo animi mærore deprehendit, plurima scripta maximo numero in vulgus fuisse sparsa, eo periculosa, quo ex præfixo Antiffiodorensis, Sanitiensis & Montpessulani Episcoporum nomine majus auctoritatis momentum habere viderentur: Eapropter Laudanensis Episcopus, cum nullum aliud malo remedium superesse cerneret, censuit in præsentis Religionis discrimine oppido necessarium esse, ut refractarios hosce Præsules, eorumque Sectatores una omnes a fidelium suorum communione segregatos declararet, hujusque poenæ severitate suis Diœcesanis testatum redderet, quam abominanda esset horum doctrina.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1735.

§. XIV.

*Refractariorum Præsulum errores a Laudanensi Episcopo damnati.*

Eo fine Laudanensis Episcopus die prima Aprilis anni sequentis Pastoralem instructionem promulgavit, in qua sub poena excommunicationis ipso facto

E 2

incur-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1735. incurrendæ omnibus suis Diæcesanis  
inhibuit, ne Antiffiodorensis, Mont-  
pessulani & Sanitiensis Præfulum li-  
bellos nuper evulgatos legerent, aut  
retinerent: postea declarabat, pro ve-  
ris Ecclesiæ Filiis non esse habendos,  
qui a Constitutione *Unigenitus* vel ap-  
pellarunt, vel eidem notorie resiste-  
runt; hos ergo omnes ceu schismaticos  
ac hæreticos, qui semetipfos ab  
Ecclesia segregassent, esse abominan-  
dos, ac propterea se illos a sua com-  
munionem tandiu excludere, donec re-  
siperint. Enimvero in hac agendi ra-  
tione nil reprehendi posset; Laudan-  
ensis enim quoad rei gestæ substantiam  
nihil egit, nisi antiquissimis Canoni-  
bus & veteri Ecclesiæ usui vel maxime  
consonum; Universalis enim Ecclesia  
proprio ac recenti exemplo docuit, om-  
nes Appellantes ac refractarios in cun-  
ctis Orbis Catholici Provinciis haberi  
pro membris, quæ saltem coram Deo,  
re ipsa ab Ecclesiæ Corpore resecta, nec  
amplius ejus spiritu animata essent. Ni-  
hilominus eadem hæc Laudanensis In-  
structio idem fatum subiit, quod cetera  
illius scripta tulere, nempe die vigesi-  
ma septima Maij suppressa fuit, & qui-  
dem edicto acerbissimis longe verbis  
concepto.